

D. ANTONII  
GOMESSI,  
IN ACADEMIA SALMANTICENSI  
Iuris Ciuilis Primarij Professoris,  
VARIARVM RESOLVTIONVM  
IVRIS CIVILIS, COMMVNIS ET REGII  
COMMENTARIA,  
TOMIS TRIBVS DISTINCTA.

PRIMVS. *Vltimorum voluntatum materiam continet.*

SECVNDVS. *Contractuum.*

TERTIVS. *Delictorum.*

Quibus accesserunt eruditissimæ Annotationes

*Hac nona Editio Lugdunensis ceteris omnibus longè præstantior & emendatior.*



LUGDUNI.  
Sumpt. HORATII BOISSAT, GEORGII REMEVS.

M. DC. LXI.

CVM PERMISSV. SUPERIORVM

Ex Bibliotheca Acad. S. Andreae Scovae e. idem mago. Q.





# EMANVELI SOAREZ DIAS, VIRO ORNATISSIMO, ET CHARISSIMO CONSOBRINO; *Emanuel Soarez à Ribeira, P. S.*

**P**RÆCLARISSIMUM profecto, ac sanctissimum Papiani Iurisconsultorum coryphaei elogium illud est, ornatissime & charissime consobrino Emanuel, quo ille hominis interesse censet hominem beneficio affici. Cùm enim naturalis quædam & inuiolabilis inter omnes homines societas sit, quippe qui ex eisdem in eadem gignamur, atque vniuersi huius orbis, qui unus omnia, tum divina, tum humana complecti, & concludere videtur, meinbra sumus; nemo rationis compos dubitare poterit, quin & versus ille in pectore, atque ore generi perpetuo debeat. Homo sum, humani nihil à me alienum puto, & qualunque occasio tulerit, hominibus inter se usui homines esse oporteat, non exiguum inde ad scipios utilitatē redundare arbitrantes: quinimò cùm virtus vitae nostrae scopus, ac finis in eo totus positus sit, vt Deum Optimum Maximum, quoad fieri poterit, noscamus, sequamur, imitemur; nihilque & quæ incomparabilibus illius factis elucescat, quam perennis quidam, ac largissimus bonitatis, benignitatis, ac beneficentiae fons, (quem nemō non identidem, quantumuis miser, quantumuis neglectus, ac duro fato, & veluti in poenam genitus, haurit) nihil sane homini potius, antiquiusque esse debet, quam vt semper omnes suas cogitationes cō dirigat, omnes suas vires, ac neruos cō obnoxie contendat, vt sibi non solum natus, reliquis hominibus pro virili sua parte, commodo, atque emolumento sit: Quæ profecto res à primis annis mēo inculpta animo, (quamuis multa aliò abducent, ac propellerent) literarum studiis me totum tradidit, addixit, ac veluti mancipauit. Nec enim aliunde quempiam vel maiorem utilitatem sibi ipsi decerpere, vel magis latiusque aliis prodesse posse ob multas evidentes rationes maturè, ni fallor, exputavi; quas si nunc recensendis ingenuarum Artium laudibus prosequi velim, nunquam huic ad te Epistolæ finem imponam. At enim, cùm iam appetere tempus videtur, vt impensis non perfunctoriè labor fructus aliquos in commune ederet, cœpinonnullas lucubrationes in vulgis dare, alias ad idem quam maxima diligentia præpa-



DE  
HÆREDITATIBVS  
*quæ*  
AB INTESTATO  
DEFERVNTVR.

TOMI PRIMI  
CAPVT PRIMVM.

S V M M A R I A

- 1 Successio ab intestato ex tribus lineis constat, scilicet ascendentium, descendantium, & ex latere.
- 2 Mortuo patre ab intestato, prima causa est filiorum, qui succedunt aequaliter, & de omni iure.
- 3 Filii succedunt patri ab intestato, nulla facta differentia, aut sunt masculi, aut feminæ: aut sunt in possessione, vel emancipiati: aut succedant patri vel matri.
- 4 Filii in successione patris ab intestato, preferuntur aucto, & si eam ea sunt in pari gradu, & ratio annellitur.
- 5 Filius parvus vivente, vocari potest rex, comes, dux, &c.
- 6 Filius posthumus succedit patri ab intestato, ac si esset natus, & habet iura suitatu.
- 7 Posthumus illa decessu succedit patri, si natus sit tunc viuus, & tempore legitime, & vivus post nativitatem per 24. horas, & sit baptizatus.
- 8 Deficiente filio succedit nepos, pronepos, ab nepo, vel ceteri descendentes, & qualiter hoc intelligatur.
- 9 Non enim non sunt qualitates.
- 10 Panitur exemplum, in quo possit verificari, quid nepos sit natus, & conceptus post mortem avi, ut sibi non succedat.
- 11 Panitur casus, in quibus nepos succedit aucto, etiam si natus sit vel conceptus post eius mortem.
- 12 Nepotes quando succedant aucto - & si sunt plures ex diversis filiis, iam premortuis, succedunt in stirpes, & non in capita.

Ant. Gómez, Tom. I.

13 Idem est, si succedunt non inter se, sed cum aliquo parvo.

14 Representatio, que fit in linea descendenti habet etiam locum in successione de fure Pratorio.

15 An representatio in linea descendenti facilius usque ad pronepotes: an vero usque in infinitum.



In r. c. a. successiones, quae ab intestato descendent, solent à foreconsultis tres lineæ constitui: linea descendenti, linea ascendentium, & linea collaterali, text. in arbo. de bare ab intest. veri coll. 9. ibi, quia igitur omnis generis ab intestato successio tribus cognoscuntur gradibus, hoc est ascendentium, & descendenti, & collateralium, text. int. 1. ff. de gra. text. in §. 1. Inflit. eod. tex. in l. 1. ff. de resam. milita. De prima igitur linea, sc. descendenti utri, in præsentis videbimus. De secunda vero linea, sc. ascendentium, dixi & tractavi in l. 6. in legibus Tauri vbi ponitur propria materia eius. De tertia vero linea, scilicet collateralium, dixi & magistratiter posui in l. 7. in l. Tauri, vbi etiam propriè cadit materia eius. In primis igitur dico, quod mortuo aliquo ab intestato, linea descendenti habet primam causam successionis.

Vnde a mortuo patre ab intestato, filii eius succedunt sibi aequaliter, omnibus aut exclusis, de omninitate: nam primo succedit de iure naturali, tex. illi in l. script. ff. unde liberi. tex. in l. nato & parentib. ff. de inst. 10. tex. in l. ent. & ff. de bonis damnatorum.

A cuius